

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Opera Omnia Ascetica**

Aucta Duobus Opusculis De Effectibus, Fructu, Et Applicatione Sanctissimi  
Missæ Sacrificii, Et De Sublimitate Perfectionis Religiosæ. Catalogum  
Tractatum Asceticorum Omnium Vicina Post Dedicationem Pagina  
Indicabit

V. P. Gasparis Druzbicki, Societatis Jesu, Provisiones Senectutis, Per Tres  
Partes Distributæ - In quibus raræ ac penenecessariæ Veritates, cum  
omnibus Christi fidelibus, tum potissimum Gratiarum Cœlestium,  
lucrorumque æternorum avidibus, quà theoreticè, quà practicè  
proponuntur

**Družbicki, Kaspar**

**Ingolstadii, 1732**

**VD18 90066391**

Stimulus 6. Dei gloria atque gloriatio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45462**

quo quam maxime recreetur & exsatietur Cor  
Dei mei? quid offeram Deo meo, quo saginem  
voluptatem voluntatemque Dei mei? Quis mi-  
hi det ut reperiam aliquid, quod gaudeat susci-  
pere de manu mea Dominus meus? Et audies di-

- 2. Psdr. 8.10.* centem tibi: quia *gaudium Domini est, fortitudo*  
*Isa. 52. 4.* *nostra, & quia vocaberis. Voluntas Domini in eo,*  
*& vocabuntur in te Fortes justitiae plantatio Domini*  
*ad glorificandum, tantummodo noli timere, & non*  
*Isa. 61. 3.* *dissolvantur manus tuae. Dominus in medio tui gau-*  
*debit super te in laetitia, silebit in dilectione sua, exul-*  
*Soph. 3.15.* *tabit super te in laude. Noli ergo languescere in viis*  
*Ezech. 24.25.* *Domini, noli tepescere in obsequiis ejus. Noli negli-*  
*genter facere opera ejus, ut in te nunquam dimi-*  
*nuatur, ut per se semper accrescat gaudium Digni-*  
*tatis ejus.*

## Stimulus VI.

### *Dei gloria atque gloriatio.*

- S*olemne est Deo, quod glorietur in servis suis  
fidelibus: qui fideles inveniuntur in testa-  
mento ejus. Estque hoc unum ex gaudiis Do-  
mini super nos: quia in nobis gloriatur. *Servus*  
*Isa. 49. 3.* *meus es tu Israël: quia in te gloriabor. Gloriatus est*  
*Job. 1.* *Dominus in servo suo Job, & gloriatus usque ad*  
*triumphum, in eo reportatum de Sathan; Sed &*  
*in Paulo Apostolo Dominus & gloriatus, &*  
*Aet. 9.15.* *glorificatus est. quem sibi vas electionis fecit, ad*  
*portandum nomen suum coram gentibus, & regibus,*  
*& filiis Israël. Quin imò, quotquot sunt electi*  
*ejus, qui faciunt voluntatem ejus, & ponunt*  
*cor suum ad custodienda mandata ejus: omnes*  
*hi sunt gloria ejus, omnes sunt gloriatio ejus, in*  
*omnibus his gloriatur Majestas Dignitatis ejus.*  
*Omnis hi sunt currus gloriae & exaltationis ejus.*

Ea

Ea propter quisquis amator, & zelator esse desiderat gloriæ Domini Dei sui: nullo non die, nullâ non horâ, nullo non momento magnificet nomen ejus. *Det in omni opere suo confessionem Eccl. 47. 9.*

*Sancto & Excelso in verbo gloriæ. De omni corde suo laudet Dominum, & diligit Deum, qui fecit illum. Ornet tempora (sua) usque ad consummationem vitæ (suæ) & laudet nomen Sanctum Domini & amplificet mane (juxta & vespere) Dei Sanctitatem. Et tunc gloriabitur in te Deus tuus: exaltabitur ex te Sanctus tuus: & eris sedes gloriæ Domini Dei tui in æternum.*

## Stimulus VII.

### *Christi Meritorum præmium.*

**G**loria & beatitudo Sanctorum, est justissimum præmium Christi meritorum: attestante Propheta. *Pro eo quod laboravit anima ejus videbit & saturabitur: in scientia sua justificabit ipse servus meus multos, & iniquitates eorum ipse portabit. Ideò dispertiam ei plurimos, & fortium dividet spolia, pro eo quod tradidit in mortem animam suam.* Non verò ipsa sola gloria beatitudoque nostra præmium est Christi, sed etiam ipsa nostra merita bona, quibus vitam gloriamque æternam acquirimus, ad præmium eorundem Christi meritorum pertinent. Ex his enim habent universam dignitatem suam, & omnem valorem atque proportionem, tam ad gratiam, in qua & per quam fiunt, quam ad gloriam, ad quam & propter quam fiunt, & per quam præmiantur. Inde verò sequitur, quod quanto quispiam justorum ardentior est, studiosiorque in bonis & meritorii operibus perficiendis, amplioreque tam gratia in hac vita, quam gloria in futura comparanda,

*Isa. 58. 11.*